

LIB. PONTIF. PAR. I.

41

nisse, licet videatur Gelasius negare, affirmant tam
en plurimi Veteres, gravissimumque Viri, quos Ba
ronius ad annum Christi LXI. colligit. Metaphra
stes apud Eusevium ad diem 25. Junii tanquam ab
Eusebio secundo libro Historia Ecclesiastica relata,
addit, quæ sequuntur; Xantippem Probi Neroni
noti, & in Hispanis degentis uxorem, viso in
fronte Pauli scripto Paulus Christi Preco, ad si
dem conversam, ac deinde similiter Probum ipsum
cum Philotheo Praefecto, ac omnibus, qui illam
habitabant Regionem in Christum credidisse. Notat
autem Surius non modo quod Probi nomen alias
Procus scribatur, sed, quod obseruaverat Baronius,
cum nusquam Eusebium hac scriptissime inveniatur,
cetera quoque in suspicionem adduci posse. His
omnibus Autor Chronicus Pseudo-dextrum alia su
perstruxit; parergis Probi nomen ornauit Lucium
Sabinum Probum vocans, & Ravennatum Pontifi
cem faciens. Tamajus de Salazar ad diem 10. No
vembri ex Dextro suam in Hispano Martyrologio
fabulum texuit his verbis; Laminius apud Lybifos
lam in Hispania S. Probi, qui adhuc fecularis
Gubernationis ministerium in agro Laminitano
feliciter exercuit, ubi Xantippem sa. Crispinam
foeminam uxorem duxit, cum qua à S. Paulo
Gentium Apostolo ibidem fidem Catholicam
suscepit, postea Italiam reversus Ravennatum
Episcopus factus, ibi miraculis, & doctrinis
clarus in Coelum, Confessor clarus migravit.
Reliqua exhibet ad diem 23. Septembri, lepidum
sanè epigramma adjiciens tanquam compostum ab
Eugenio Xantippi fratre, in quo exposita de Probo
narrantur. Fabrus hæc omnia sciens volens in suum
opus translit. illud palmarie sanè, & omnino di
ctis repugnans adjiciens; Probum videlicet, post
triginta trium annorum sedem, obiisse anno vulga
ris aera centesimo septuagesimo quinto, Sotere Sum
mo Pontifice, & M. Aurelio Antonino regnante.
Porro quomodo hæc fieri potuerunt, quin Probus
centum triginta, & amplius annis vixerit? Ete
niam qui Baronius chronologiam sequitur non potuit
conversionem Probi ultra annum LXVII. differre,
cum Paulus statuatur anno sequenti Romanum rever
sus. Fuerit sane tunc Probus Neroni notus uxore
Xantippe dudum duxta, & Laminitani agra Guber
nationum annorum saltē triginta, conficietur, quod
annorum CV. anno Christi CXLII. Episcopus sit
creatus, & annorum CXXXVIII. decesserit, qui
mortuus dicatur anno Christi CLXXV. Quis t'ilia
redet? Nec minori incommmodo urgetur, si fide
ret Chronologia Pseudo-dextræ, Tamay, Bavarii,
estorunq[ue] earum rerum assertorum, quandoqui

A dem anticipo adventu Probi Ravennam, & tempore ejus Pontificatus, & mortis, vel aliquis ex precedentibus Episcopis è Dypticis abradens es- set, vel implendo spatio temporis subsecuto alii ef- fent subrogandi. Verum narratio fabularum hujus- modi progressu, visoque quibus substractionibus pla- nè fictitiae, ut eas per allusionem ad Autoris no- men vocat laudatus Nicolas Antonius, fabula ipse ruunt.

B II. Rubeus sepultum dicit Probum in eo Templo, quod ab se conditum in Claffensi Oppido fuerat. à mari haud procul. Agnus autem indicat sepultum ubi postmodum edificata illius Ecclesia fuit, nec enim ipse sibi Ecclesiam edificaverit. Edificata autem fuit in Classe, quam Urbis partem intelligit nomine partium Orientis, juxta Ardicam, Porticum videlicet Ecclesia Beata Euphemia ad mare, quam scribentis tempore demolitam ipse testatur.

C III. *Addit Rubeus, quod Probus eorum Antifitum, Aderiti videlicet, & Caloceri, cadavera cum honeste collocasset, infisituit, ut ibi affidue fieret Res divina. Agnellus mil de Antifitum laudatorum cadaveribus ibidem collocatis, at de Sacris Mysteriis illud ait, & in nullis Ecclesiis infra (intellige intra) Civitatem Ravennæ, Clas-
sive Missa super Populum celebratur, nisi in ista sola, Missam autem intelligit solemnem, cui
Populus omnis aderat, & Archiepiscopus cum omnibus Clero Sacra agens diebus maxime celebrioribus in ea Populo bene precatabor. Id in Ursiana Ecclesia peraltum ostendit infra Agnellus in Vita Theodorosi, à quo cum secessione fecisset omnis Clerus, & perrexisset ad Ecclesiam S. Apollinaris, Archiepiscopus omnem movit lapidem, ut redirent Presbyteri, & Diaconi, ac demum re composita in ipsa Ursiana Ecclesia, inclinata jam die Missa celebrata fu. Id ipsum innuit ad S. Apollinaris congregati Presbyteri, & Clerus clamantes; Surge Sancte Apollinaris, celebra nobis Missam in die Nativitatis Domini. Hinc expetstante plebe in Ecclesia Ursiana, composto per Exarcham dis-
D fidio, demum Presbyteri, Diaconi, & Clerici ve- nerunt, ac Missas, & Vesperum unâ horâ ce- lebraverunt. In aliis Ecclesiis Missa private tan- tum agebantur intra Civitatem Ravenna, & Clas- sis, in D. verò Probi etiam solemnis, seu super Populum. Eadem hæc quæ alias Missa publica dicitur apud Autores inferioris evi, & in Diplomatibus Pontificis. De eadem D. Probi Ecclesia infra agenda occasio se probabit.*